Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica

Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 138



Non secus ac patriis acer romanus in armis
Iniusto sub fasce viā cum carpit: & hosti
Ante expectatum positis stat in agmine castris
At nō qua scythie gentes mæticaq; vnda
Turbidus & torquens flauentes ister harenas:
Quaq; redit mediū rhodope porrecta sub axē
Illic clausa tenent stabulis armenta neq; vllæ
Aut herbæ campo apparēt: aut arbore frondes
Sed iacet aggeribus niueis informis & alto
Terra gelu late: septemq; assurgit in vlnas:
Semper hyems: semp spirātes frigora chauri.
Tum sol pallētes haud vnq̄ discutit vmbras
Nec cū inuectus eqs altū petit æthera nec cum
Præcipitem occeani rubro lauit æquore currū
Concrescunt subitæ currēti in flumine crustæ.
Vndaq; iam tergo ferratos sustinet orbes
Puppib⁹ illa prius patul: nūc hospita plaustris
Aeraq; dissiliunt vulgo: vestesq; rigescunt
Indutæ: cæduntq; securibus humida vina.
Et totæ solidam in glaciem vertere lacunæ.
Stiriaq; impexis induruit horrida barbis
Interea toto non secius aere ningit.
Intereunt pecudes: stat circumfusa pruinis
Corpora magna boū cōferroq; agmine cerui
Torpēt mole noua: & sūmis vix cornib⁹ extāt.
Hos nō immissis canibus nō cassibus vllis
Puniceæ ve agitant pauidos formidine pœnæ
Sed frustra oppositū trudentes pectore montē
Cōminus obtruncāt ferro: grauiterq; rudētes
Cœdunt: & magno læti clamore reportant.
Ipsi in defossis specubus secura sub alta
Ocia agunt terra: congestaq; robora totas
Aduoluere focis vlmos: igniq; dedere:
Hic noctem ludo ducunt & pocula læti
Fermento atq; acidis imitātur vitea sorbis.
Talis hyperboreo septē subiecta trioni
Gens effrena virum riphæo tundit euro

genere. Amyclæ aūt est ciuitas laconiæ: vñ est. Talis amyclei domit⁹ pollucis habenis Cyllarus. Patriis armis: acer roman⁹. Generaliter sibi cōcessis. ac si diceret martiis. Iniusto sub fasce. sub magno onere vt ego hoc te fasce leuabo. Magnū aūt onus dicit ꝓpter arma: alimēta: vestitū. Ante expectatā. i. dicto citius. añq; ei⁹ expectet aduentus: & ē vna ps orōnis: hoc est aduerbium. Stat: obstat nā aphæresis ē. At nō qua scythiæ gētes. Subaudi tal' ē pastio. Mæoticaq; vnda. Mæotis palus ē scythiæ frigore cōgelascēs. Ister fluuius ē scythiæ: qui & Danubius noiat. Quaq; redit mediū rhodope porrecta sub axem. Qua Rhodope mons Thraciæ ꝓtentus in orientalem plagā in septentrionalē reflectit. Nā ideo ait redit sub axem: nā axis est septētrio: qui græce αμαξα dicit. Informis: niuis. superfusione carēs varietate formarū: nullisq; agnoscenda limitibus: Septēq; assurgit in vlnas. Crescit in septē vlnas: Vlna autē fm alios vtriusq; manus extensio est scdm alios cubitus: quod magis verum est: quia græce ωλένι dicitur cubitus vnde est λευκωλενος ηρη. Pallentes haud vnq̄ id est nunq̄ nubes dissoluit. Nā pallentes vmbras nō ex nocte sed ex nubibus factas appellat. Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. Aquæ currētes repēte congelascunt. Et notandū quia cum crustā dicimus fœminino genere lapidis aut ligni aut gelu partē significamus. Cum vero crustū dicimus eduliū aliquid significamus partē panis vel placentæ. Ipe in septimo: Orbem fatalis crusti. Horatius Dant crustula blādi Doctores. Iuuenal Nos colaphū incutim⁹ lambenti crustula seruo. Hospita. Facilis: Vnde & hospitalis hō dicit hospiti seruiēs apte. Aeraq; dissiliunt Crepant. Vulgo: Passim. nam tā nimio frigore q̄ calore æra rumpunt. Persius: Findit infantes statuas. Vestesq; rigescunt. Durant vt frangi potius q̄ scindi posse videantur. Cæduntq; securibus humida vina. Et vina naturaliter calida illic gelant. Intelligim⁹ aūt peregrinā nā illic nō nascunt vina ꝓpter nimium frigus & continuum: sicut ipe paulo post docet dicens: Fermēto atq; acidis imitant vitea sorbis. Sane volunt phisici vinū non gelari. Vñ hoc loco aut hyperbole est: aut quia dixit humida aquæ mixta intelligimus. Ita eñ gelare dicunt. Et totæ solidā in glaciē vertere lacunæ fossæ ad siccandos agros paratæ: cū alibi tm̄ incrustent: illic vsq; imū gelant. Stiriaq; implexis induruit. Stiria. i. gutta: vnde sit diminutiuū vt dicamus stilla. vñ fit distillat. & stillicidiū. Sensus aūt duplex ē. Nā vt hoc dicit de ipexis barbis pecudū pēdēs gutta durat. Aut certe de tectis & arborib⁹ gutta horida idurruit i modū barbaꝝ. Nō secius. n̄ segnius q̄ ichoauerat. Pruinis. abusiue ꝓ niuib⁹. nā pruina ē matutini tpis frigus. Confertoq; agmine cerui. Cōiuncto. Cerui eñ cōgregatōe gratulant. Mole noua: nimia magnitudine. Cassib⁹. retib⁹. Hinc ē q; incassum dr̄ sine cā: q̄si sine cassibus: sine qbus inutilis venatio ē. Grauiterq; rudētes Cædūt. Rumore suo corripuit. vt i septimo. Et feras sub nocte rudentū. Persius: ꝓducit. Findor vt arcadiæ pecuaria rudere dicas. Ipsi in defossis specubus secura sub alta. Artis fuerat specib⁹ dicere: vt fluctib⁹: qa q̄rta declinatio i datiuo & ablatiuo pluralib⁹ u in i vertit: vt manu manibus.

Amyclæ
Mæotis
Ister
Danubi⁹
Vlna.
Crusta.
Crustum.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0137
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG